Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift



62

que generaliter dicitur omnis regio a flumine eufraten
usq; ad mare magnum et a cappadocia et armenia
usq; ad egyptum. habens in se tres puncias maximas
comagenam phenicia et palestinam in qua gens iudeorum
inhabitat. Et protulerunt ei omnes male habentes
uarius languoribus usq; lunaticos et paralyticos et
curauit eos. Lunatici dicuntur quorum dolor in as
censione lune crescebat. non quod unde uere fierent si
ob demonum fallacia ut a creature infamia increa
toris redundaret blasphemia. Paralytici sunt quorum
uigore corporis sunt destituti. nam paralysis grece
latine desolatio dicitur. Mystice galilea que uo
tubilis siue rota interpretatur et syria quae sublimita
te sonat hunc mundum significat quia licet se in sub
lime erigat tamen ad defectum uergit et a diuina semp
rotatur. et fama eius per totum orbem est dispersa ut
in omnem terram exiit sonus eorum. Tunc quoque curati
sunt demoniaci id est gentiles a fide conuersi
ydola relinquebant nec non lunatici et paralytici
sanati sunt id est instabiles et puarios errores mu
tantes confortabantur. Unde subditur: Et secute
sunt eum turbe multe de galilea et decapoli. et rel.
Decapolis regio est decem urbium transiordanen

Oma quod docuit dns bene sit retinenda.